Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25972
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Lib

Incip̄ liber de ciuitate dī. Sc̄i Augustini mirifice disputatus adu̾sus paganos & demones ex exordio mundi usque in fi[nem] ... t[e]m[p]or[is].

GLORIOSISSIMAM CIVITATEM DEI SIVE IN HOC TEMPORV̄ CVRSV
cum int̄ impios p̄egrinatur ex fide uiuens.
siue in illa stabilitate sedis et[er]ne quā nunc
expectat p̄ pacientiā quoadusq; iusticia con
uerta tur in iudiciū. deinceps adeptura
per excellentiam uictoriā ultimam & pacem
perfectam. hoc opere adte instituto & mea p̄miss
sione debito defendere aduersus eos qui con
ditori eius deos suos p̄ferunt fili k[ariss]ime Marcelli
ne suscepi; magnum & arduum opus. s; d̄s adiutor
nr̄ est. Nam scio quibus uiribus opus sit ut p̄suadeatur sup̄bis quanta
sit uirtus humilitatis. q̄ fit ut omnia terrena cacumina temporali
mobilitate nutantia non humano usurpata fastu s; diuina grā
donata celsitudo transcendat. Rex enim & c̄ditor huius ciuitatis de
qua loqui instituimus in scriptura p̄pli sui sententiā diuine legis
aperuit qua dictum est. d̄s sup̄bis resistit. humilibus aūt dat gratiā.
Hoc u̾o q̄d dī est sup̄be quoq; anime sp̄s inflatus affectat. amatq; sibi
in laudibus dici. parcere subiectis & debellare sup̄bos. Vn̄ & iam
de terrena ciuitate que cū dominari appetit & si p̄pli seruiant ipsa
ei dominandi libido dominatur n̄ est p̄tereundū silentio qc̄q̄d di
cere suscepti huius op̄is ratio postulat & facultas datur. Ex hac nāq;
existunt inimici aduersus quos defendenda ē dī ciuitas. Quorum
tamen multi correpto impietatis errore ciues in ea fiunt satis
idonei. multi uero in eam tantis exardescunt ignib⁹ odiorum ... tamq;
manifestis beneficiis redemptoris eius ingrati s̄. ut hodie contra
eam linguas mouerent. nisi ferrū hostile fugientes in sacratis eius
locis uitam de qua sup̄biunt inuenirent. An n̄ & iam illi romani
xp̄i nomini infesti s̄. quib⁹ p̄pter xp̄m barbari pep̄cerunt. testant̄
hec martyrum loca & basilice aplor̄. que in illa uastatione urbis ad
se confugientes suos alienosq; receperunt. Huc usq; seuiebat
cruentus inimicus. ibi accipiebat limitem trucidatoris furor. illo
ducebantur a miserantibus hostib⁹ quib⁹ & iam extra ipsa loca pep̄
cerant. ne in eos incurrerent q̄ similē miām non habebant. Qui
tamen etiam ipsi alibi truces atq; hostili more seuientes. postea